



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

4 Pensiones per resignationes beneficiorum, jurium cessiones licitè
reservantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ceptiones titulari contra reservatarii non competant, & quomodo extingatur infra demonstrabitur.

3 Reservatur autem penſio per Papam pluribus de cauſis.

Primò beneficio vacante per obitum, quando uniconfertur beneficium, alteri verò reservatur penſio pro ſuſtentatione ſuper eodem beneficio, quod Papa regulariter facere poteſt, cum ſit Dominus omnium beneficiorum, *clen. 1. ut lit. pendent. cum aliis alibi allegatis*, qui de fruſtibus beneficiorum ad libitum diſponere poteſt, ut trad. *Gig. de penſ. q. 6. n. 7.*

4 Secundò per resignationem ꝛ de conſenſu resignatarii in favorem ipſius resignantis, & iſta penſio licite reservatur. *Felin. in cap. ad audientiam, il. 2. num. 3. de reſcript. & in cap. ex parte, il. 1. n. 1. de off. pot. jud. deleg. vel ex cauſa ceſſionis & jurium inter litigantes pro bono pacis, & lite componenda, cap. niſi eſſent, de prob. & Felin. in d. cap. ad audientiam, num. 2. verſ. exemplifica.*

5 Tertio in favorem ꝛ alterius tertie perſonæ à resignante nominatæ, & quando quis ſimpliciter conſentit, quòd penſio referretur in favorem alicujus tertie perſonæ, puta nepotis, aut alterius perſonæ conſentientis reſervationi benevole, quæ raro admittitur, quia eſt ſine cauſa, & regulariter ſine cauſa Papa penſiones non reſervat, *Gig. de penſ. quaſt. 6. num. 6. & maxima cum difficultate admittitur, etiam ex cauſa resignationis favore tertie perſonæ; quia iſta ſapiunt quodammodo diſpoſitionem fruſtuum beneficarii, quæ cum habeat imaginem hæreditariæ ſucceſſionis, eſt odioſa, cap. apoſtolica. 8. quaſt. 1. cap. ex tranſmiſſa, & cap.*

ad extirpandas, de ſil. preſb. cap. ad hæc, de dec. cap. conſuluit, de jure patron. & conc. Trid. cap. 7. de reform. ſeſſ. 25.

Et quia ſuper fruſtibus ꝛ cathedralium eccleſiarum penſio non reſervatur regulariter, niſi cum clauſula, dummodo remaneant ducati mille pro Epifcopo: & ſuper parochialibus eccleſiis, niſi remaneant centum ducati pro reſtore, ex diſpoſitione ſacri concilii. *Trident. cap. 13. verſ. ad hæc, de reform. ſeſſ. 24. & ſuper aliis beneficiis quand. q; cum clauſula, dummodo penſio medietatem fruſtuum non excedat.*

Titulari penſionem ſolvere ꝛ recuſante agens ad penſionem tenetur verificare dictam conditionem, quòd remaneant Epifcopo ducati mille, centum parochio, vel quòd penſio non excedat medietatem fruſtuum, quia, ꝛ licet allegans exceſſum illum probare teneatur. *Bellam. deciſ. 470. & Mascard. conſul. 696. n. 11. & alleganti beneficium eſſe minoris redditus incumbat onus probandi, cum quodlibet beneficium præſumatur eſſe annui redditus pro vita duorum, cap. ut quiſque, junct. gloſſ. in verb. clericum, de vit. & honeſt. cleric. & Felin. in cap. ad aures, num. 4. verſ. tertia concluſio, de reſcript. quia tamen allegans exceſſum, aut majorem valorem fruſtuum fundat ſuam exceptionem, aut in diſpoſitione ſacri concilii. d. cap. 13. de reform. ſeſſ. 24. aut in facto ſuper minori valore, cum dictæ exceptiones non oriuntur ex lectura litterarum reſervationis penſionis, alleganti incumbit onus probandi, & ita procedunt ſupradicta, & *Gig. de penſ. q. 9. num. 9. 10. & 11. & Rot. in noviff. deciſ. 30. l. p. 1. nu. 3.**

Sed